Quelle: https://manuscripta.at/?ID=911
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



superaret antiquos scientia. Conpellebat autem me
ut in cellula eius facerem orationem. Et non acquiescen
te me: dicebat mihi referens quia in cellam istam tercio
ingressus est beatus antonius uisitans me. & deprecatus
a me ut orationem faceret statim inclinauit
genua in hoc domicilio. & non compulit me repe
tere sermonem: erudiens me ad obedientiam. Nar
rauit autem michi & hoc. quia cum esset sollicitus
propter uitam iuliani imperatoris miserabilis. & nimis
tristaret: quadam die usque ad alteram uesperam non gus
taui panem propter sollicitudinem. & euenit ut in ka
thedra sedente me oppressus somno. & uideo in
excessu equos albos discurrentes. cum sessoribus
& dicentes: dicite didimo quia hodie septima
hora mortuus est iulianus. Surge ergo comede. &
mitte & nuncia hoc athanasio episcopo. ut & ille no
uerit. Et adnotaui statim & horam. & mensem. sep
timanam. & diem. & inuentum est ita. Retulit autem
mihi & de ancilla cuiusdam nomine alexandria. que
de relicta ciuitate in sepulchro quodam seme
tipsam recludens per foramen quoddam accipiebat
panem qui necessarius erat uictui usque annos
duodecim. decimo autem. & secundo anno quasi dor
mientem se cenaebat posuisse. Et cum abisset qui consuetu
dinem habebat ministrare illi. & non accepisset